qd ibi oblationes tamquam fructus efferant. ut in cantico esaye. Tor-
cular fodit in ea. Torcular: designat tribulationum pressuram in sca ec
clesia. quibus fideles probantur. ut in titulo psalmi. in finem pro torcularibus.
Fenum. uel populus. uel caro. uel uana gloria. ut in propheta. Vere. fenum est populus.
et omnis caro fenum. et omnis gloria eius quasi flos feni. Herba. iocunditas
tis. uel quedam rudimenta proficientis animę. In genesi. Producat terra herba
uirentem. Item in mala parte. Mane sic herba transeat. Flores. xpc.
uel inchoatio bene operantium. In cantico canticorum sponsus. Fulcite me
floribus. Lilium. xpc. uel candor castitatis. uel iusticię. In salomone.
Ego flos campi. et lilium conuallium. Rosę. martyres designant. a rubore castita
tis. uel sanguinis. In salomone. Sicut rosa germinat super arida fluen
ta. Violę. confessores. ob similitudinem. In cantico c. In terra nostra flores
apparuerunt. Silue. gentes. ut in psalmo. Inuenimus eam in campis silue.
De his siluis egressi sunt duo ursi. uespasianus et titus. reges romanorum ad pre
ceptum figurati helysei. qui post .xl. annos ascensionis domini iudeos pueros
deuorauerunt. Lignum nomine. sca crux designatur. ut propheta. Mittamus lignum
in panem eius. id in carne xpm cruce suspendamus. Item. En colligo duo
ligna. Item in bonam partem. Et erit tamquam lignum qd plantatum est. Item significat iu
stos. et peccatores. ut salomon. Si ceciderit lignum ad austrum. uel
ad aquilonem. ubicumque ceciderit. ibi erit. quia in die mortis. iustus ad austrum
cadit. peccator ad aquilonem. Qui iustus per feruorem ad gaudia ducitur. pec
cator cum apostata angelo in frigido corde reprobatur. Radix. origo.
in apostolo. Qd si radix sca. et rami. Et in mala parte. Euellet radicem
475 tuam de terra uiuentium. Arbor. fuit xpc cum resurrexit. qui cum moreretur. granum
fuit. Et unusquisque homo. arbor dicitur a fructu bonorum operum. In euangelio. Aut 746
facite arborem bonam. Item in malo. Aut facite arborem malam. et fru
ctum eius malum. Rami sunt. sententię sanctorum patrum. ut in euangelio. Alii cedebant
ramos de arboribus. Item successio bona. ut apostolus. Qd si radix sca. et
rami. Item in mala parte. ut in daniele. Precidite ramos eius. Fo
lium. sermo doctrine. ut in psalmo. Et folium eius non defluet. Et in ma
la parte. Non inuenit in ea preter folia. id uerba sine fructu. Unde ca
uendum monet apostolus. Non diligamus uerbo. neque lingua. sed opere et ue-
ritate. Comparatur homo folio. quod ab arbore cecidit in paradyso. Poma. sanctorum in
uirtutibus fructus. ut in cantico canticorum. Veniat dilectus meus. in hortum